dico uobis· quia uidua hęc pauper plusquā omnes misit·
Nam omnes hi· exabundanti sibi miserunt in munera di·
Hęc autē· ego qd deest illi· Omnem victum suum quē
habuit misit·
Et quibusdam dicentibus de templo· qd lapidibus bonis et
donis ornatum ~~ornamentum~~ dixit· Hęc quę uidetis· uenient dies
quibus non relinquetur lapis super lapidem· qui non des
truatur·
Interrogauit autē illum· dicentes· Preceptor· quando
hęc erunt· et quod signum cum fieri incipient· qui dixit·
Uidete· ne seducamini· multi enim uenient in nomi
ne meo dicentes· quia ego sum· et tempus appropinqua
bit· Nolite ergo ire post illos· Cum autē audieritis pre
lia· et seditiones· nolite terreri· Oportet primū hęc
fieri· sed non statim finis· Tunc dicebat illis· Surget
gens contra gentem· et regnum aduersus regnū· et ter
remotus magni erunt· per loca· et pestilentię et fames· Ter
roresq· de cęlo· et signa magna erunt·
Sed ante hęc omnia imicient uobis manus suas· et persequen
tur tradentes in synagogas· et custodias· trahentes ad reges
et presides· propter nomen meū· Continget autē uobis·
in testimonium·
Ponite ergo in cordibus uestris· nō premeditari quemad
modum respondeatis· Ego enim dabo uobis os et sapien
tiam· cui non poterunt resistere ~~sapientię~~ et contradi
cere· omnes aduersarii uri· Tradetis autē a parentibus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Trierer DOM
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Hohe Domkirche zu Trier, Domschatz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dst_ms137-133-65/0232